



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Antidecalogvs Theologico-Politicvs Reformatus**

**Dript, Laurentius a**

**Paderbornae, 1672**

10. Licet quotidiè per totum annum legere officium resurrectione Domini.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13441**

## PROPOSITIO IX.

*Qui facit confessionem voluntarie  
lam, satis facit precepto Ecclesie.*

## PROPOSITIO X.

*Licitum est quotidie per totum annum  
gere officium de Resurrectione Do-  
mini.*

14. **S**ed quia earum Auctor & Assertor  
seas ipse quasi implicitè revocavit, &  
jam immedieante aliquatenus impugnat  
& eversæ, omnes etiam à Sede Apostolorum  
Anno 1665. sub Alexandro VII. condemna-  
tæ sunt: Ad alia progredimur.

15. Præter auditionem Missæ, quilibet  
Christianus vi tertij hujus præcepti decal-  
gici obligatur ad vacandum à quibuslibet  
peribus servilibus. Prophanatur enim  
dem quoque sanctificatio Sabbathi: Vnde  
est illud *Alexandri III. de fériis ad Episcopum Triburiensem rescriptum*: Tam ut  
quam novi testamenti paginam septimum

em ad humanam quietem specialiter deputasse, & tam cum quam alios dies Majestati altissimi deputatos, nec non natalitia sanctorum Martyrum Ecclesiam decrevisse observanda, & in eis ab omni opere servili cessandum. Cujus Deus ipse nobis luculentissimum dedit exemplum, dum die septimo à condito mundo cessavit, & requievit ab omni opere quod patrarat. Vbi bene notandum est quod dicitur ab omni opere scilicet servili, hoc enim solum ab Ecclesia prohibetur, ne ulla detur exceptio, nec quicquam sabbato, qui jam Dominica est, nobis licere credamus, quam quod de Deo dicitur, benedixit. hoc præceptum laxant & evertunt qui docent.

## PROPOSITIO XI.

Non peccant puellæ diebus festi vis in privatofuentes & laborantes.

ET hoc ea de causa ne se ad fenestras conspicendas, præbeant ne garriant, atque ut otium vitent.

Q

Propo-